lium, et in Val- / gendige[7] redditus sex quartalium mixti frumenti[8] mensure in veltkilch. Super curia· autem dicta der houe ze Blattun,[10] quam Albertus dictus ze dem bŏngarten, / excolit, singulis Annis ad summam XXV. solidorum, in redditibus conputata, Rŭdolfo dicto der wilde behain de Birchach.[9] Hainrico et Alberto fratribus de kobelon / pertinente, permutacionem seu concambium, cum eisdem R. H. et Alberto fecimus inhunc modum, videlicet quod nos eidem R. in reconpensam seu refusionem / sue partis tradidimus agros dictos andem zolwerde apud Getzis[11] sitos annuatim nouem solidos et sex denarios constant. soluentes- Item Hainrico et Alberto fratribus de kobelon / suprascriptis, pro reconpensacione seu refusione partis, ipsos in iamdicta curia contingentis, tradidimus siue donauimus. prata dicta der Swesteron mat,[12] sita prope / Chummingen,[13] Annuatim tres modios farris[14] soluentia, mensure in veltkilch suprascripte, et factam nobis resignacionem, ac tradicionem earundem curiarum siue / bonorum per. Rŭdolfum, Eberhardum, Hainricum et Albertum suprascriptos sollempniter legittime et secundum terre consuetudinem generalem, ipsas Curias, curiam videlicet dictam hinder der burch / prope Muntigel sitam, et Curiam dictam der houe ze blattun, cum omnibus iuribus et appendiciis earundem, titulo empcionis in Hono- / rabiles et Religiosos viros Abbatem et conuentum Monasterii de Salem[15] ordinis Cysterciensium Constant. dyocesis, receptis ab eisdem Triginta libras denariorum / monete Constant. quam peccuniam in vsus nostros conuertimus necessarios, de qua etiam summa denariorum, nobis ab eisdem de Salem confitemur presentibus satisfactum, transtu - / limus et transfirmamus per presentes, libere. et absolute, ab ipsis ipsorumque Monasterio perpetuo possidendas. Nos Rŭdolfus dictus der Wilde behain de Birchach. Eberhardus / Hainricus et Albertus fratres de kobelon suprascripti permutacionem predictam nobiscum A strennuo viro domino friderico milite, et Swigero fratribus dictis Tum - / ben de Nuwenburch prelibatis, circa possessiones superius nominatim expressas, factam — et nobis in eadem permutacione bene et legittime fore reconpensatum pre- / sentibus publice confitemur. Renunciantes per nobis nostrique heredibus vniuersis, omni iuri et iuris auxilio tam in genere quam in specie, quod nobis in dictis curiis / seu possessionibus conpetebat- uel conpetere videbatur, applaudentes translationi predicte facte in Abbatem et Conuentum Monasterii de Salem superius nominatos-/ In cuius rei testimonium et robur, Nos fridericus et Swigerus fratres prenotati, et